

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Potestas s  
cum fonte primo

Infeliciores esse necesse est  
malos cupita cum perfecerint quam si ea  
que cupiunt implere non possunt. Nam  
si miserum est uoluisse praua, potuisse  
miserius est.

Boecius de consolatione libro III.

Etenim, quod incredibile cuiquam forte  
uideatur,  
infeliciores esse necesse est  
malos cum cupita perfecerint quam si ea  
quae cupiunt implere non possint. Nam  
si miserum est uoluisse praua, potuisse  
miserius est,  
sine quo uoluntatis miserae langueret  
effectus.

Boethius, *Philosophiae consolatio*, 4,  
prosa 4, 3-4 (CCSL 94, L. Bieler ed.  
1984, p.73, ll.7-12).